



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 28. An satisfaciat, qui celebrat pro illo, quem Deus novit primò daturum stipendium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

tuo legendas, dicetur n. 1334. Cui autem proficit fructus applicatus alicui, qui illius est incapax, vel non indiget, dicetur n. 1330.

222. Q. 28. *An satisfaciatur, qui celebrat pro illo, quem Deus novit primò daturum stipendium R.* Affirmant Pelliz. Diana p. 11. t. 2. R. 15. Burgh. cent. 2. Casu 98. Rayn. supra f. 3. pu. 3. n. 40. aliique multi, quos relierunt Mendo d. 13. q. 7. & Aversa q. 11. f. 18. §. Sextò, quia cum apud Deum omnia sint præsentia, intentio illa in præcognitione Dei est absoluta, & Missa æquè proderit sic applicata, quàm aliter post datum stipendium: unde sicuti Sacellanus obligatus ad sex Missas intrà 20. dies, satisfacit, si legat illas intrà dies sex, ita hic poterit fieri anticipatio. Castrop. t. 22. p. 6. Lugo De poen. d. 13. n. 137. & alii dicunt talem applicationem esse validam sed illicitam, quia ita fieri prohibuit Clemens VIII., cuius decretum postea promulgavit Pius V. die 15. Nov. 1605., uti refert Bassaeus in Morali V. Missa 4. n. 4. Hinc dicendum est cum communi apud Gob. n. 169. & 609. Pasq. q. 168. Aversa supra semper illicitè, & sæpe etiam invalidè fieri talem applicationem, quia cum Missa consistat in actione transeunte, si non prosit, quando fit, fructus ejus reponitur in thesauro Ecclesiæ, communiter autem non posset prodesse, quando fit, quia illo tempore necdum existit intentio petentis; imò nec sæpe motivum vel causa petendi; vel quandoque ille, pro quo petitur, esset in peccato, & incapax gratiæ: opposita omnia sunt in Sacellano, de quo Burgh. Admittunt tamen Vasq. Rayn. Aversa posse Missam legi pro actualiter defuncto, pro quo postea primò petetur Missa oblato stipendio, quia sic utiliter

liter
indi

R
dec
lis c
Kon
dra
con
secu
cho
fini
inc
ruc
pri
trib
Lug
Lag
mi
no
(fi
eti
vit
tur
co
I
tib
di
po
qu

liter offertur pro illa determinata persona jam indigente & capace totius fructûs.

D U B I U M . III.

Quando & quoties liceat celebrare.

Resp. I. Ordinariè non licet celebrare post-
meridiem, sed debet inchoari ante duo-
decimam: nec ante auroram; quam ante so-
lis ortum *Regin.* quadrantem horæ, *Hen. &*
Kon. mediam horam, *Azor* horam cum qua-
drante, *Suar. Fernand. & Possev.* sesqui horam
comprehendere dicunt; & consequenter cum
secundum *Hen. Suar. & alios*, Missa possit in-
choari tantò ante auroram, ut sub ejus initium
finiatur, licet duabus horis ante solis ortum
incipere, Ita *Rodriq. & alii*. Unde ulteriùs infe-
runt quidam, cum *Suar.* Religiosis habentibus
privilegium celebrandi hora ante diem, licere
tribus horis ante ortum Solis incipere: quod
Lugo De Euch. d. 20. n. 32. non improbat, etsi
Lay. tantum permittat horis duabus cum di-
midia, *Diana* verò duabus horis post mediam
noctem, *Lug. l. c.* Quacunque autem horâ licitè
(sive ex, sive finè privilegio) celebrant, eâdem
etiam, (atque adeo in Missa, quæ nocte Nati-
vitatìs, cæterisque, quæ post illam celebran-
tur) licere iis Eucharistiam aliis ministrare,
contra *Bordon.* docet *Dian. p. 9. t. 7. R. 43.*
Dixi ordinariè: quia antevertere licet sequen-
tibus casibus, in quibus etiam paulò post meri-
diem, v. g. uno vel altero quadrante inchoari
potest, uti etiam secundum *Sotum & Palud.* ex
quavis rationabili causa, v. g. ob supplicatio-

223.